

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Milicia b  
cum fontibus primis

De cubiculo ad aciem, de umbra  
egrediens ad solem, corpus assuetum  
tunica lorice honus non sustinet, caput  
opertum lintheo galeam recusat, mollem  
ocio manum durus exasperat capulus,

ecce de caelo tuba canit, ecce cum  
nubibus debellatus orbem imperator  
armatus egreditur, ecce bis acutus  
gladius ex regis ore procedens obuia  
quaeque metit: et tu mihi  
de cubiculo ad aciem, de umbra  
egrederis ad solem? corpus adsuetum  
tunica loricae onus non suffert, caput  
opertum lintheo galeam recusat, mollem  
otio manum durus exasperat capulus.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 14,  
2, 1-2 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.46,  
ll.5-11).

fortior autem miles ex confragoso uenit.

Ieronymus in epistola ad Theodorum  
monachum.

Et fortior miles ex confragoso venit:  
segnis est urbanus et verna.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 51, 10 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.135, ll.5-6).